

IOANNES GEORGIVS REICH A REICHENSTEIN.



Ioannes Georgius natus est ex nobili familia Reichorum, anno circiter 1520. Patrem is habuit Iacobum virum prudentem & strenuum, qui per multos annos Ferdinadi Cæsaris nomine Pfirten sem ditione in Sundgouia administravit, atque postea arcem uitam Landskron restauravit, & multis propugnaculis exornauit: matrem uero ex nobili Schœnauuiorum familia prognata. A talibus ergo parentibus Ioannes Georgius natus, atque ab ineunte ætate pie educatus est. Cum autem ipse felici ingenio esset praeditus, à pueris operam literis dedit, ac prima fundamenta egregie iecit. In de studiorum amore in Galliam profectus, Aurelijs, Biturigibus, & in alijs celebrioribus Academijs artibus & linguis incubuit, atque mediocrem sibi eruditionem comparauit. Mores etiam exterritorum diligenter inspexit, atque hosce conferendo magnam prudentiam acquisiuit.